

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Frisia**

**Ortelius, Abraham**

**[Antwerpen], [1601?]**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-308537](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-308537)



Landesbibliothek Oldenburg

**R**EGIO est satis frugifera, sed earum rerum, quæ magis alendis gregibus quàm hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, vt sunt poma & nuces, item glâdes, quibus sagineantur porci; his enim in primis abundat, & horû pernas fumo exsiccatas longè latèque apud exteros distrahunt: nomen enim inter cupedias mensarûque delicias merentur perna westphalicæ, vt vocât. Has etiâ crudas edere, incolis non insuaue est. Fertior est circa Susatum & Hammonem; & fertilissima in ditione Paderbornensi ac Lippiensi. Compascua est Monasteriësis diœcesis; item is tractus qui alicubi Vifurgim fluuium respicit. Nemorosa est per totam Surlandiam, & Bergensem Comitatum; metallis non caret in ditione Colonensi, & Comitatu Marchico. Gentem habet venustam, elegantis & proceræ staturæ, fortem, robustamque corpore, & audacem mente, Militiam habet copiosam, promptamque ad arma, & mox paratam.

Verè westphaliæ ciuitates primariæ sunt Monasterium, Dusseldorpium, wesalia, Oldenburg, Osnaburgum, Minda, Heruordia; & minoris nominis, V Videnbrugge, & Coesveldt.

ALBERS 103

Karten 0279

2815

